



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Missæ auditio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

*Missa auditio, vide Missa.*

<sup>1</sup> **N**on potest Episcopus cogere ad audiendam Missam, aut concionem in Parochia, aut ad descendam ibi doctrinā Christianam. *Ex Congr. Concil.*

\* De præcepto Missam audiendi *Carbo de præceptis Ecclesiæ, Azor. l. 7. c. 1. Suarez d. 88. Nau. c. 21. a num. 21. Tol. l. 6. a c. 6.*

<sup>2</sup> Satisfacit Ecclesiæ præcepto, qui incipit Missam audire ab Epistola, & secundum quosdam, etiam ab Euangelio: & qui post Epistolam vel Euangelium veniens, legit aut audit à legente, quæ non audiuit: & qui tempore Missæ discurrit pro rebus Missæ necessarijs, & qui præsens est, etiamsi non audiat, modo reuerenter attendat: & qui partem vnius Missæ audiuit, & reliquam alterius: & qui audiens sacrum, simul dicit Officium, aut pœnitentiam iniunctam; id tamen quidam non admittunt.

\* *Epist. Sot. d. 13. q. 2. art. 1.*

*Euangelio* <sup>3</sup> *Lopez p. 1. c. 32. at Sot. l. c. tutum non esse ait Euangelium non audite.*

*Legit* <sup>3</sup> *ita Nau. c. 21. nu. 2. quam reprehendit Suarez d. 88. sett. col. 2.*

*Qui partem* <sup>3</sup> *Azor. l. c. q. 3. Sot. Nauar. l. c. Tol. l. c. cap. 7. num. 8. Suar. l. c.*

*Simul dicit* <sup>3</sup> *Nauar. l. c. num. 8. Io. Med. q. 4. 4. de confess. Tol. l. c. 6. numer. 5. Azor. l. c. q. 3. c. 5.*

460 MISSAE AUDITIO.

Suarez l.c. sect. 4. in fine, Sot. l.c. Vide Carbonem de audienda Missa c. 9.

Non admittuntur Aug. vers. Feriae nro. 46. Syl. Missa. 2. §. vlt.

3 Excusat Missam non audientem legitimū impedimentū, & quævis rationabilis causa, vt si herus impedit, aut fœmina prodeundo est alicui peccati occasio; & consuetudo, vt puellarū quæ non solent domo egredi; & custodia domus; & pudor ob vestem non decentem, & Ecclesiæ distantia debilem.

\* De causis excusantibus Azor. l.c. c. 7. Tol. l.c. c. 9. Nau. l.c. nro. 3. Suar. l.c. sect. 16.

Excusatur etiam excommunicatus, & interdictus licet sit negligens in quærenda absolutione. Nau. l.c. Suar. d. 88. sect. 6.

Fœmina potest omittere sacrum, sed non tenetur. Sot. l.c.

4 Tempore interdicti habentem priuilegium teneri Sacrum audire, quidam negant alij probabilius affirmant.

\* Negant improbabilem Suarez l.c. col. 2. hanc sententiam putat.

Affirmant Sot. Suar. Nau. l.c.  
5 Tenetur paterfamilias curare, vt domesti- ci sacrum audiant. Nau. l.c. num. 9.

6 Transiens per locum vbi est festum parti- culare, non tenetur audire sacrum: secus est si inde recedat, aut eò accedat.

7 Non relinquenda in festo Missa ob con- cionem,

cionem, ut quidam putant.

\* *Suar.l.c.sec.6.in fin.* { Ut quidam } *Ang.l.c.*

8 Sufficit in festo Natiuitatis audire unam Missam, & in quois festo audire Missam quæ dicitur, etiam pro defunctis.

\* *Naua.l.c.num.2.Suarez sett.2.in fine, etiam illa, quæ noctu dicitur, Syl. Missa.2.¶.1.*

Defunctis } *Syl.l.c.¶.4.Azor.l.c.q.penult.*

Qui ex voto tenet alteram Missam audire die festo, satisfaciet si duos Sacerdotes eodem tempore celebrantes audiat, ita *Maior.4.d.12.q.8.Suarez l.c.in fine, sic horæ recitantur, & auditur sacram.*

9 Missa excommunicati non denunciari potest audiri, itemque secundum quosdam suspensi etiam denunciati, si absit scandalum, vel cooperando. Verum oppositum colligitur *exc. Vesta, &c. Quæsum, de cohabitatione, &c. Nullus, &c. Præter hæc, d.32.*

\* *Sot.d.13.q.1.art.9.*

Potest audiri Missa etiam publici concubinarij, si nondum sit denunciatus excommunicatus. *Suar.l.c.sett.6.in fine.*

Qui græcam Missam audiret nihil intelligens præcepto satisfaceret. *Sot.Azor.l.c.*

*Monasterium, vide Ecclesia, Excommunicatione.*

**M**Onasterium ingredi potest, qui potest dare ingrediendi licentiam. \* *Vide Trid.*